



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1712

Q. 263. Confessarius hominis scandalosi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42433

dus est mortale esse in confirmationem rei etiam levis falsæ interponere autoritatem Dei, quod raro faciunt, nam modi asseverandi, quibus putant se jurare, saepissime non sunt vocatio Dei in testem, uti constat ex dictis l. 3. n. 256. 258. hinc ne peccent per conscientiam erroneam, dici debet illis quid sit & non sit jura-re: item quid sit & non sit invidere proximo, nam saepe per errorem credunt se peccare, si optent ad officinam suam venire illos, quos vi-dent merces emere in alia vicina.

§. 2. Peccata opificum habes l. 4. n. 1539. 1816, specialiter autem interrogandi sunt, an labo-rarint die festivo, retinuerint plus quam pre-tium contractum, subduxerint partes materiæ, in qua pro aliis laborabant.

§. 3. Peccata militum, ac specialiter Officia-
lium belli, habes l. 3. p. 1. n. 867. Sunt autem milites saepe addicti superstitionibus, circa quas examinandi sunt, prout habetur ibidem n. 41. Si ante prælium vel in communi pericu-lo absoluti sunt non recensitis omnibus mor-talibus, monendi sunt, quod remoto periculo teneantur se speciatim accusare de omnibus, ut directè absolvantur.

Q. 263. Quid observare debeat Confessarius ho-minis scandalosi. R. Per hominem scandalosum intelligo illum, qui causa est, cur alii peccent, sive id faciat malo exemplo, sive turpiloquiis, sive aliter. Deterrendi sunt tales studiosissimè, motivis quæ habet Gerson p. 2. Num. 3. opusc. Depræcept. Decal. capit. 18. Quidquid agat homo in persona sua, supremè caveat alium ad male agen-dum sollicitare: aut verbis, aut factis, exemplis vel con-silii aliquid agere, quod de se sit occasio ruinæ peccati, specia-

specialiter coram juvenibus aut personis innocentibus.
Hoc etiam proprium est singularē que dæmonum officium, quemadmodum honorum Angelorum intentum
specialiter homines inducere ad bonum. Comperit
est etiam frequenter accidere, quod homines aliorum
malum impulsores vix aut nunquam delicti sui con-
dignam penitentiam assecurantem persicant, qui
nequeunt eos corrigerē ad bonum, quos deceperunt.
jam fortē damnari sunt, vindictam à Deo postulant
eternamque eis maledictionem jugiter imprecant
sicut ex opposito jam salvati aliorum doctrinis &
factis aut operā diligenti (quo nullum Deo opus
sacrificium acceptius esse potest, & ad peccata dolen-
dum validius) pro suis adjutoribus preces indeficiens
effundunt. In Reg. Mor. §. De penit. addit, Quis
duxit alios ad peccatum, tenetur pro posse eos postmu-
dum ad viam virtutis reducere, non minus quam à
damno temporali illato.

1819. Q. 264. Quid observare debeat Confessarius con-
suetudinarii vel recidivi. Rz. seqq. §. 1. Consuetu-
dinario quandoque neganda est vel differendi
absolutio, etiamsi dicat se habere dolorem &
propositum, quia quandoque non potest pru-
denter credi illi, ut constat ex dictis n. 1762. Et
quamvis nunc putaretur habere sufficientem
dolorem & propositum, adhuc aliquando pot-
est differri absolutio, ob rationes à n. 1764. ab-
latas. Francol. De discipl. pœn. I. 3 c. 10. n. 4. ait,
*Remedium Sacramenti & frequens ejus usus, cum non
apparet sat's utilis, rationabilius subtrahitur.*

1820. §. 2. Confessarius potest absolvere consue-
tudinarium primâ vice, quâ se accusat de pecca-
tis suæ consuetudinis, licet nulla adhuc emen-
datio præcesserit, dummodo eam serio proponat,
præcipue si ultro nemine cogente ad con-
fessio-